

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cogitacio m
cum fonte primo

Cogitacio est improvidus animi respectus
ad evagationem pronus.

Hugo.

Contemplatio est perspicax
et liber animi contuitus
in res perspiciendas usquequaque diffusus;
meditatio vero est studiosa mentis intentio
circa aliquid investigandum diligenter insistens,
vel sic:

Meditatio est providus animi obtutus
in veritatis inquisitione vehementer occupatus;
cogitatio autem est improvidus animi respectus
ad evagationem pronus.

Ricardus de sancto Victore, *De gratia
contemplationis*, 1.4 (PL 196, col.67D).